1. Integram esse Demosthenis Philippicam II. apparet ex dispositione. 1828. Auctumn.

2. Quaeritur, num duo loci Demosthenici de Decadarchia et Tetrarchiis a Philippo in Thessalia constitutis sibi repugnent. 1830. Vern.

3. Ostenditur Hegesippi esse orationem de Haloneso. 1830. Auct.

4. Notitia codicum Demosthenicorum I. 1833. Auct.

5. Notitia codicum Demosthenicorum II. 1834. Vern.

6. Notitia codicum Demosthenicorum III. 1834. Auct.
(Odyssee VII. übersetzt von Konrad Schwenck.)

7. Notitia codicum Demosthenicorum IV. 1835. Vern.

8. Notitia codicum Demosthenicorum V. 1836. Vern.

9. Demosthenis Philippicam III. habitam esse ante Chersonesiticam. 1837. Auct.

10. Herrn Dr. Theod. Heyse Beschreibung der griechischen Codices des Demosthenes zu Rom. 1838. Frühj.

11. Sitne restituendum κιττοφόρος pro κισσοφόρος nunc recepto in Demosth. Cor. §. 260. p. 313 extr.? 1840. Auct.

12. Die Aechtheit der Urkunden in des Demosthenes Rede vom Kranze vertheidigt gegen Herrn Prof. Droysen. 1841. Herbst.

13. Fortsetzung. 1842. Herbst.

14. Fortsetzung. 1843. Frühj.

15. Schluss. 1844. Frühj.

16. Nachtrag zu der Abhandlung über die Aechtheit der Urkunden bei Demosthenes. 1845. Frühj.

17. Demosth. Cor. §. 169. 1849.

18. Demosthenis oratio de symmoriis §§. 14–30. 1852. Vern.

19. Σ codicis Demosthenici conditio describitur. 1853. Auct.

J. T. Voemel
Neunzehn programme über Demosthenes.
1928-53

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

J U S S U. E T. A U C T O R I T A T E.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

H O C. I P S O. A U C T U M N O.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Dr. Ioannes. Theodorus. Vœmelius.

Rector et Professor.

FRANCOFURTI. AD. MŒNUM.

T Y P I S. H E N R. L U D O V. B R Œ N N E R I.

MDCCCXXXVII.

Demosthenis Philippicam III^am^ habitam esse ante Chersonesiticam.

Demosthenis Philippica III, quae a Grammaticis numeratur nona, a Dionysio Halicarnassensi decima (cf. ad Chers. p. 90 §. 1. not. 1 extr. *), eodem, quo Chersonesitica, anno Olymp. CIX, 3 perorata est (Dionys. Epist. I ad Ammaeum cap. 10 p. 738). — De causa et occasione vid. Prolegg. Chers. §. 3. Et de argumento simili vid. utriusque Dispositiones.

Dionysius Philippicam III^am^ p o s t Chersonesiticam posuit. Quod quanquam falsum est, fidem tamen illi traditioni interpretes habuerunt praeter Zimmermannum, qui verum sentiebat De Demosth. p. 95 sq.

Etenim in Philippica III^a^ Philippus modo aggressurus esse dicitur Thraciam p. 115 §. 17: *νῦν ἐπὶ Θρᾴκην παριόντα.* Domi etiam eo tempore regem commorari orator opinatur p. 124 §. 51. Sed Chersonesiticae tempore decem menses eum scit in Thracia esse, quum iste ibidem hibernasset p. 90 §. 2. p. 98 §. 35: *δέκα μῆνας ἀπογενομένου τἀνθρώπου καὶ χειμῶνι ἀποληφθέντος.* post hiemem et tempestatem superatam castella oppugnaret. p. 100 §. 44: *τὸν Φίλιππον τῶν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν —, ἃ νῦν ἐξαιρεῖ καὶ κατασκευάζεται, ἐπιθυμεῖν καὶ ὑπὲρ τοῦ ταῦτα λαβεῖν χειμῶνας ὑπομένειν.* inter Adrianopolim ac Byzantium

*) In Harpocrat., Phot., Suid. s. v. *Ἐχῖνος*, et in Etymol. M. p. 324, 43 s. v. *Ἐκτραχηλισθῆναι* vitiosum ϵ in θ corrigendum est. Cf. Phil. III p. 120 §. 34 not. crit. In Phot. s. v. *Εὐθενεῖν* mutandum est *E* in *H*. Citatur enim Chers. p. 94 §. 20. Reliquis in locis grammatici recte numerantes sibi constant.

versaretur (p. 98 §. 35. p. 100 §. 44) et novas jam copias e Macedonia ac Thessalia arcesseret p. 93 §. 14. — Winiewskius quidem Comment. Hist. p. 174 putat Chersonesiticam habitam esse hieme, circiter Posideone et Philippicam brevi post; neque autem ullo certo argumento utitur.

Annum Philippicae ipse orator indicavit p. 117 §. 25: *Φίλιππος ἐν τρισὶ καὶ δέκα οὐχ ὅλοις ἔτεσιν, οἷς ἐπιπολάζει, ἠδίκηκε τοὺς Ἕλληνας.* Jam vero post Olymp. CVI, 1 a. Chr. 356 Philippum antea humilem regem, cujus potentia Atheniensibus non esset timenda, emersisse facile concedes, si reputaveris res Prolegg. Phil. I §§. 15 — 18 narratas. Nam paulo ante etiam tres illi Thracum, Paeonum, Illyriorum reges vicini et infestissimi et acerrimi contra Philippum conspiraverant; his demum devictis, Olympica victoria reportata, Potidaea capta, Olynthiis foedere contra Athenienses cum ipso confirmatis, etiam Phocensi bello vehementius exardescente, magnis Crenidum opibus praeditus et a tergo tutus Philippus invaluit atque inclaruit. Prolegg. citt. §. 20. Tum grandia spe complexus proximo tempore in Euboea Atheniensibus negotia exhibuit et quae alia in Graecos commisit perpetuo. Quodsi a 355 deducuntur 13 non completi anni, efficitur Olymp. CIX, 3 iniens.

Chersonesitica oratio hieme praeteritā et ante Etesias i. e. ante Julium mensem (ad Liban. Argum. Phil. I not. 8) est perorata, ut, antequam ii venti flarent, classis Atheniensium esset jam in Ponto Euxino, id quod necessarium esse Demosthenes in ea oratione monuit.

Atqui si Chersonesitica habita est Olymp. CIX, 3 aestate ineunte et si inter eam atque Philippicam si non decem, saltem aliquot menses interjecti sunt; necessario haec ponenda est auctumno aut hieme; Anthesterione quidem (Februario) mense; si hoc argumentum urgere liceat, quod legationes orator, a quibus Anthesterione mense Olymp. CIX, 2 reverterat, *πέρυσι* se obiisse dicit in Philippica III[a] p. 129 §. 72. (cf. Prolegg. Chers. §. 4). Attamen non tam arctae notionis est illud adverbium, ut accuratissime duodecim menses significentur.

Certius circa Pythicos ludos; quos instituere per servos Philippus dicitur Phil. III. p. 119 §. 32: *τίθησι τὰ Πύθια, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει.* Fortasse quis dixerit praesentia *τίθησι* et *πέμπει* h. l. non de re instanti, sed contentionis causa usurpata esse de re praeterita, quam ad Olymp. CVIII, 3 et ipsi nos olim retulimus. At, ut diu nobis videtur, temere; quia illo tempore Philippus nondum tantum valuit, ut auderet novum munus Pythiorum gubernandorum despicere, quoniam vacabat. Affuisse vero Philippum Pythicis ludis Olymp. CVIII, 3 intellexi etiam e Dem. f. leg. p. 380 §. 128. Si quidem Pythia et Epinicia, de quibus ibi Demosthenes narrat, eodem tempore ille celebravit. Addiderim Pac. p. 62 §. 22: *ἔμελεν αὐτῷ — τὰ Πύθια θεῖναι δι' ἑαυτοῦ.* Error ille exstitit, quia putaveramus Pythia esse celebrata vere, non auctumno, ut postea re denuo iterumque pensitatâ perhibuimus in censurâ libelli Rauchensteinii. Annall. Heidelb. 1836 No. 44 p. 700 sqq. Ad hanc sententiam confirmandam accedit, quod, quum Aetoli Delphos tenerent, Demetrius Athenis Pythia instituit. Hoc factum esse non potest vere, quia res quae narrantur, antea gestae esse non possunt hieme. Vid. Plutarch. Demetr. cap. 40.

Quod autem Winiewskius putavit p. 176 et p. 179 sq. in Philippica III[a] narrari, quae post Chersonesiticam facta sint: expeditionem adversus Byzantium susceptam et tyrannum Orei institutum; non solum eadem narrantur in Chersonesitica, sed etiam ita, ut nostram opinionem confirment, id quod patet ex his utriusque orationis locis compositis:

Phil. III.	Cherson.
P. 115 §. 17: *ἐν Εὐβοίᾳ τυραννίδα κατασκευάζοντα.* p. 117 §. 27: *αἱ δ' ἐν Εὐβοίᾳ πόλεις οὐκ ἤδη τυραννοῦνται;* p. 119 §. 33 sqq. et p. 125 §. 57 sqq. perspicue narratur tyrannos institutos esse et Eretriae Clitarchum et Orei Philistidem. Cf. p. 128 §. 66.	P. 94 §. 18: *ἐπ' Ὠρεὸν πρῴην* sc. *ἧκε.* p. 104 §. 59: *ἐκεῖνος — οὐ πολεμεῖν ἡμῖν* (sc. *ἐρεῖ*), *ὥςπερ οὐδ' Ὠρείταις τῶν στρατιωτῶν ἐν τῇ χώρᾳ.* p. 99 §. 36: *δύο ἐν Εὐβοίᾳ κατέστησε τυράννους, τὸν μὲν* (sc. Clitarchum Eretriae) *ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπιτειχίσας, τὸν δ' ἐπὶ Σκίαθον* (sc. Philistidem Orei).

Phil. III.	Cherson.
P. 118 §. 27: *ἐφ' Ἑλλήςποντον οἴχεται.* p. 120 §. 34: *νῦν ἐπὶ Βυζαντίους πορεύεται συμμάχους ὄντας.* Cf. Krüger. ad Xenoph. Anab. Lib. II. cap. 5. §. 18.	P. 90 §. 3: *Φίλιππος δυνάμει πολλῇ περὶ Ἑλλήςποντον ὢν πειρᾶται προλαβεῖν.* p. 93 §. 14: *νυνὶ δύναμιν μεγάλην ἐκεῖνος ἔχων ἐν Θρᾴκῃ διατρίβει καὶ μεταπέμπεται πολλὴν ἀπὸ Μακεδονίας καὶ Θετταλίας. ἐὰν περιμείνας τοὺς ἐτησίας ἐπὶ Βυζάντιον ἐλθὼν πολιορκῇ* etc. p. 106 §. 66: *νῦν ἐπὶ Βυζάντιον παριόντος.*

Philippicae hujus tempore Philippus parat expeditionem per Thraciam profecturus in Byzantios; Chersonesiticae tempore Arzum fluvium jam transgressus appropinquat ad Byzantium oppugnandum. Cf. p. 100 §. 44. In illa dicitur *παριέναι ἐπὶ Θρᾴκην,* in hac *παριέναι ἐπὶ Βυζάντιον.*

Addiderit fortasse quis nostrae sententiae suffragator

Phil. III. p. 119 §. 33:	Chers. p. 99 §. 36:
Πέμπει δὲ ξένους, τοὺς μὲν εἰς Πορθμὸν τὸν δῆμον ἐκβαλοῦντας τὸν Ἐρετριέων, τοὺς δ' ἐπ' Ὠρεὸν τύραννον Φιλιστίδην καταστήσοντας.	*Δύο ἐν Εὐβοίᾳ κατέστησε τυράννους, τὸν μὲν ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπιτειχίσας, τὸν δ' ἐπὶ Σκίαθον.*

Quibus locis solis comparatis efficeretur, ut Philippicae tempore instituturi demum essent mercenarii Philistidem; sed Chersonesiticā docemur esse jam eum tyrannum institutum. At leviter ita judicaretur. Nam etiam Phil. III. p. 126 sq. §. 59 sqq. narratur Philistidi tyranno Oreum esse traditam; et Porthmus castellum jam Olymp. CIX, 2 populo Eretriensium ejecto a Philippi mercenariis dirutum est. Prolegg. Halonn. §. 11. Vigoris causa illo loco §. 32 — 33 orator Praesentia uno tenore adhibuit pro Praeteritis.

Pertinet vero ad rem quod ante Philippicam rex epistolam Athenas misit, qua se in Chersonesum mercenarios misisse auxilii causa scripsit

(p. 115 §. 16); postea demum, mercenariis a Diopithe repulsis, questus est de hoc duce, cujus causam egit Demosthenes Chersonesiticā.

At restat una difficultas. E Phil. III p. 120 §. 34: *ἐπὶ Βυζαντίους πορεύεται συμμάχους ὄντας* Rüdigerus (Prolegg. in Phil. III. p. 91 et Comment. p. 164) collegit inter utramque orationem i. e. post Chersonesiticam et ante Philippicam IIIam „foedus Byzantinorum cum Atheniensibus esse initum, ita ut hi jam copias illuc miserint.“ Conferri ille jubet hos locos, quos componamus:

Phil. III.	Cherson.
p. 115 §. 20: *οὐ δοκεῖ μοι περὶ Χεῤῥονήσου νῦν σκοπεῖν οὐδὲ Βυζαντίου, ἀλλ' ἐπαμῦναι μὲν τούτοις* etc. *καὶ τοῖς οὖσι ἐκεῖ στρατιώταις πάντ' — ἀποστεῖλαι, βουλεύεσθαι μέντοι περὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων* etc.	p. 93 §. 14: *ἐὰν — ἐπὶ Βυζάντιον ἐλθὼν πολιορκῇ, οἴεσθε τοὺς Βυζαντίους μενεῖν ἐπὶ τῆς ἀνοίας τῆς αὐτῆς, ὥςπερ νῦν καὶ οὔτε παρακαλέσειν ὑμᾶς οὔτε βοηθεῖν αὐτοῖς ἀξιώσειν;*

Quid igitur? Nos quidem ex his locis potius colligimus Athenienses, fortasse ipsā Philippicā IIIa commotos, Byzantiis sponte auxilium obtulisse contra Philippum progredientem, sed hos quanquam Olynthiorum exemplo monitos exitiumque sibi appropinquare tantum non oculis videntes, tamen Philippi amicitiā et societate confisos, ab Atheniensibus auxilium non modo non petiisse, sed oblatum etiam respuisse. — Philippi vero, non Atheniensium socii dicuntur Byzantii illo loco, quo nixus Rüdigerus doctissimus argumentum suum confirmat, ipseque in notis ad h. l. lectionem *συμμάχους ὄντας ἡμῶν* refutat; prorsus absurdum esset hoc loco monere esse Byzantios socios Atheniensium, contra est vehemens perfidiae exemplum, quod Philippus etiam sociis suis non parcit: „nemo, inquit Demosthenes, se defendit ab injuriis Philippi; Thebanis Echinum iste eripuit et suorum amicorum aliis alia, etiam nunc contra Byzantios socios suos expeditionem suscipit.“ Vide Dem. Cor. p. 257 §. 93: *ὁ μέν γε σύμμαχος ὢν τοῖς Βυζαντίοις, πολιορκῶν αὐτοὺς ἑωρᾶτο ὑπὸ πάντων, οὗ τί γένοιτ'*

ἂν αἴσχιον ἢ μιαρώτερον; cf. p. 326 §. 302. Falso igitur ante Olymp. CIX, 4 Byzantii socii dicuntur fuisse Atheniensium, quum essent cum Philippo societate conjuncti, dum ab eodem oppugnarentur. Tum demum auxilia petentes facti sunt socii Atheniensium. Vid. Dem. Cor. p. 254 §. 87 — 88.

Obrigkeitliche Anordnung der Prüfungen im Kaisersaale.

Mittwoch den 30. August. Vormittags. Prima.

9 — 10. Demosthenes	Vömel.
10 — 11. Physik	Herling.
Nachmittags. Secunda.	
3 — 4. Horat. Oden	Schwenck.
4 — 5. Homer. Odyssee	Supf.
Donnerstag den 31. August Vormittags. Tertia.	
9 — 10. Livius	Rödiger.
10 — 11. Geschichte	Röder.
Nachmittags. Quarta.	
3 — 4. Latein.	Hefs.
4 — 5. Religion	„
Freitag den 1. Sept Vormittags. Quinta.	
9 — 10. Rechnen	Weismann.
10 — 11. Lateinisch	„
Nachmittags. Sexta.	
3 — 4. Lateinisch	Scholl.
4 — 5. Naturgeschichte	„

Der Progressionsfeierlichkeit im Kaisersaale.

Montag den 4. September Nachmittags 3 — 5 Uhr.

Vortrag des Rectors.

Johann Anselm Friedrich Fester I: Von dem Einflusse der Poesie auf die Sitten.

Versetzung VI — IV.

Anton Alexander Moriz Müller I: Bonifacius, Deutschlands grösster Wohlthäter.

Konrad Ludwig Engelhard I: De Periclis ingenio et consilio.

Preisvertheilung

Versetzung III — I.

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressionsfeierlichkeit habe ich die Ehre alle Hohen Gönner und alle Hochgeschätzten Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürgerrepräsentanten, die Hoch- und Hochehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jedes Standes und jedes Faches und die verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der hoffnungsvollen Jugend zur Ermunterung dienen!

Mit innigstem Dank erwähnen wir der Geschenke für unsere Wittwen- und Waisenkasse 1837. 31. März Herr J. W. de Neufville-Humser 16 fl. 12. — Den 8. April. Herr A. Cornill 2 fl. 42 kr. — Den 10. April Herr Coll. Weismann 5 fl. — Den 15. ej. Herr Marktmeister Seyfried 2 fl. 42 kr.

In dem diesjährigen Verzeichniss der Programme muss es Seite 19 Linie 20 heissen: Herbst. Notitia III. — Odyssee VII übersetzt von Konrad Schwenck.

Verzeichniß

der

Lectionen im Gymnasium

nach

Classen und Lehrstunden geordnet

für das

Winter-Halbjahr
1837–1838.

Uebersicht.

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	St.	
Protest. Religionslehre	2	2	2	2	2	2	12	
Deutsche Sprache und Styl-Uebungen	2	2	2	2	4	4	16	
Lateinische Sprache	8	12	12	12	10	10	64	
Griechische Sprache	10	6	6	6	—	—	28	
Mathematik	2	4	4	4	4	4	22	
Physik	2	—	—	—	—	—	2	
Naturbeschreibung	—	—	—	—	—	2	2	
Erdbeschreibung	—	—	—	2	4	2	8	
Geschichte	4	4	4	2	—	—	14	
Class. Alterthumskunde	—	—	—	—	—	—	—	
Logik	—	—	—	—	—	—	—	
Schreiben	—	—	—	—	3	3	6	
	30	30	30	30	27	27		174

Besondere Abtheilungen.

	I.	II.	III.	IV.	V.	St.	
Katholische Religionslehre	2	2	2	—	—	6	
Hebräische Sprache	2	2	—	—	—	4	
Französische Sprache	4	4	3	3	—	14	
Englische Sprache	2	2	2	—	—	6	
Zeichnen	2	2	3	3	—	10	
Singen	2	2	2	—	—	6	
							46
Zusammen . .							220

Montag und Donnerstag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Religionslehre. Evang. Protest. Bömel.	Religion. Ev. Protest. Schäffer.	Exerc. lat. ext. (Krebs.) Rödiger.	Mathemat. (Thilo.) Heß.	Rechnen. Weismann.	Latein. Gramm. Scholl.
	Kathol.	Hörter.				
9 bis 10	Livius. Schäffer.	Ciceron. Off. Schwenck.	Exerc. lat. dom. Rödiger.	Geographie. Weismann.	Latein. Repetition. Heß.	Latein. Exposition (Krebs.) Scholl.
10 bis 11	Homer. Ilias. Schäffer.	Xenoph. Schwenck.	Griechisch. (Antholog.) Rödiger.	Griechisch. (Jacobs I.) Heß.	Geographie. (Gaspari.) Weismann.	Rechnen. (Flügel.) Scholl.
11 bis 12	Französisch. I. Abth. Expos. Minner.	Zeichnen. VIta. Reges.			Singen. Vta. Meggenhofen.	
2 bis 3	Mathematik. (Thilo.) Herling.	Exercitia lat. ext. (Strack.) Bömel.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. F. die Kath. Steingaß.	Geschichte. Rödiger.	Deutsche Grammatik. Scholl.	Schreiben. Lauten.
3 bis 4	)Demosthen. 4Exerc. Gr. Bömel.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. F. die Kath. Steingaß.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Latein. Dichter. (Phaedr.) Kärcher. Rödiger.	Latein. Prosaiker. (Krebs.) Weismann.	Deutsche Orthographie. Scholl.
4 bis 5	Geschichte. (Schmidt.) Röder. Für die Kathol. Steingaß.	Deutsche Stylarbeit. Herling.	Deutsche)Stylarb. (Herling.) 4Sprachl. (Roth.) Rödiger.	Latein. Prosaiker. (Jacobs II.) Heß.	Französisch, III. Abtheilung. (Jauffret.) Minner.	
5 bis 6	Hebräisch. I. Abtheilung. Herling.					

Dienstag und Freytag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Demosthenes. Vömel.	Caesar. Schäffer.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Latein. Exer. dom. (Krebs.) (Döring.) Heß.	Religion. Ev. Protest. Weismann. / Kathol.	Religion. Ev. Protest. Scholl. / Hörter.
9 bis 10	Ciceron. Verr. Schwenck.	Homeri Odyss. Schäffer.	Latein. Prosaiker. Livius. Rödiger.	Mathemat. Heß.	Latein. Prosaiker. (Krebs.) Weismann.	Latein. Grammatik. Scholl.
10 bis 11	Plato. Schäffer.	Hor. Od. Schwenck.	♂Griech. Gramm. ♀Ex. dom. (Radermann.) Rödiger.	Griechische Exerc. ext. (Heß.) Heß.	Geographie. (Gaspari.) Weismann.	Rechnen. (Flügel.) Scholl.
11 bis 12	Franz. II. Abth. Exerc. (Jauffr.) Minner.	Englisch. Ite Abtheilung. Supf.		Zeichnen. Vta. Reges.		Singen. VIta. Meggenhofen.
2 bis 3	Geschichte. (Schmidt.) Röder. / Für die Kathol. Steingaß.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Ovid. Met. Schwenck.	Latein. Repetit. Rödiger.	Schreiben. Lauten.	Geographie. (Gaspari.) Weismann.
3 bis 4	Angewandte Math. Herling.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. / F. die Kath. Steingaß.	Latein. Repetition. Schwenck.	Latein. Exposition. (Cornel. Nepos.) Heß.	Deutsche Stylarbeit. Weismann.	Deutsche Grammatik. Scholl.
4 bis 5	Deutsche Stylarbeiten. Herling.	Latein. Exerc. dom. (Weber.) Schwenck.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. / F. die Kath. Steingaß.	Deutsche Stylarbeit. Heß.	Französisch, III. Abtheilung. Grammatik. Minner.	
5 bis 6	Hebräisch. II. Abtheilung. Herling.					

Mittwoch und Samstag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Latein. Exerc. dom. (Weber.) Schäffer.	Cic. Oratt. Bömel.	Religion. Evang. Rödiger. Kathol.	Protest. Heß. Hörter.	Rechnen. Weismann.	Natur-beschreibung Scholl.
9 bis 10	Horat. Epist. Schäffer.	☿ Xenoph. ♄ Ex. græc. dom. Schwenck.	Latein. Prosaiker. Livius. Rödiger.	Latein. Exposition. (Jacobs II.) Heß.	Latein. Exer. ext. (Schirlitz.) Weismann.	Latein. Exercitia. (Hermann.) Scholl.
10 bis 11	Sophocles. Schwenck.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Griech. Exerc. ext. (Blume.) Rödiger.	Griech. - Grammatik. Heß.	Latein. Exerc. ext. (Schirlitz.) Weismann.	Latein. Exercitia. (Hermann.) Scholl.
11 bis 12	Französisch, Ite Abtheilung. Exerc. dom. Minner.	Englisch, III. Abtheilung. Supf.	Zeichnen, ☿ V. ♄ VI. Reges.		Singen, Ite Abtheil. Meggenhofen.	Schreiben, ☿ VI. ♄ V. Lauten.
2 bis 3	Französ. II. Abtheil. Exerc. (Neueste Chr.) Minner.			Zeichnen, I. Abtheilung. Reges.		
3 bis 4	Geschichte für die Kathol. IV. Classe. Steingaß.	Franz., III. Exerc. dom. (Hecker) Gramm. Minner.			Englisch, II. Abth. Supf.	Zeichnen, II. Abtheil. Reges.

Diejenigen Lehrstunden, deren Besuch von dem erklärten Willen der Eltern oder Pflegeeltern eines Schülers abhängt, sind durch lateinische Schrift bemerklich gemacht. Der Eintritt in dieselben muss im Anfange des Semesters geschehen.